

Cambridge University Press

978-1-108-05324-2 - The Red Book of the Exchequer: Volume 1

Edited by Hubert Hall

Excerpt

[More information](#)

---

---

LIBER RUBEUS DE SCACCARIO.

---

63377. Wt. 6366.

A

Cambridge University Press

978-1-108-05324-2 - The Red Book of the Exchequer: Volume 1

Edited by Hubert Hall

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-05324-2 - The Red Book of the Exchequer: Volume 1

Edited by Hubert Hall

Excerpt

[More information](#)

## LIBER RUBEUS DE SCACCARIO.

DE PRIMO SCUTAGIO REGIS HENRICI  
SECUNDI.<sup>1</sup>

Fo. 47. ANNO DOMINI MCCXXX., anno videlicet xv<sup>o</sup> regni A.D. 1230. Regis Henrici, filii Regis Johannis—qui fuit frater insuperabilis imperii Regis Ricardi, qui fuit filius Regis Henrici, cuius mater Matildis Imperatrix, cuius mater Matildis Regina Anglorum, cuius mater Margarita Regina Scotorum, cuius pater Eadwardus, cuius pater Eadmundus ferreum latus, cuius pater Ædelred, cuius pater Eadgarus pacificus, cuius pater Eadmundus, cuius pater Eadwardus senior, cuius pater nobilis Alvredus, qui fuit filius Eadwlf Regis, qui fuit filius Egbrichti, cuius pater Alcmundus, cuius pater Effa, cuius pater Eppa, cuius pater Ingels, cuius frater fuit famosissimus Rex Ine, nomine, quorum pater Keonred, qui fuit filius Ceowald, qui fuit Cutha, qui fuit Cuthwinum,<sup>2</sup> qui fuit Chelulin, qui fuit Chenric, qui fuit Creoda, qui fuit Ceordic, qui fuit Elesa, qui fuit Ecla, qui fuit Genuis. Iste fuit caput gentis suæ a quo et tota illa gens nomen accepit. Hujus pater fuit Wig, cuius pater fuit Frewine, cuius pater fuit Freodegar, cuius pater Brand cuius pater Bealdaes, cuius pater Woden, qui fuit Fredewald, qui fuit Freolof, qui fuit Fredewlf, qui fuit Fringoldwlf, qui fuit Geta, qui fuit Geatwa, qui fuit Beu, qui fuit Sceldwa, qui fuit Heremod, qui fuit Itermod, qui fuit Bathka, qui fuit Wala, qui fuit Beadwid,

<sup>1</sup> This heading is taken from the table of contents at the beginning and end of the book.

<sup>2</sup> Sic in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-05324-2 - The Red Book of the Exchequer: Volume 1

Edited by Hubert Hall

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1230. qui fuit Sem, cuius pater Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathussale, qui fuit Enoch, qui fuit Jareth, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, filii Dei vivi—sub Huberto de Burgo comite Kanciæ, Angliæ justiciario ; Thesaurario Scaccarii W[altero] Kaerleon[ensi]<sup>1</sup> Episcopo ; Regis prædicti Cancellario Radulpho Cicestrensi Episcopo ; residens ego Alexander Archidiaconus Salopesbiriæ apud Westmonasterium in Regis Scaccario, antiquorum regum Angliæ rotulos revolvens annales, ad hoc sollicitius animum direxi, ut per regna Angliæ debita Regi servitia militaria quatenus potui plenissime percunctarer ; cum neque Nigellus, quondam Elyensis episcopus, Regis Henrici Primi Thesaurarius, vir quidem in scientia Scaccarii plenius instructus, nec ejusdem successor officii, Ricardus Londoniensis Episcopus, licet in sui libelli tractatu superius multa de negotiis Scaccarii degereret, nec vir valde peritus in eisdem, Willelmus Elyensis, sub cuius regimine temporibus Regis Johannis, multociens ibidem militavi,<sup>2</sup> super hiis certum aliquid diffinirent; illud commune verbum in ore singulorum tunc temporis divulgatum fatuum reputans et mirabile, quod in regni conquisitione Dux Normannorum, Rex Willelmus, servitia xxxij<sup>m</sup> militum infeodavit ; cum nec super hoc posteris suis regibus Anglorum rotulos reliquerit, nec annalia sua temporibus meis a quibusdam visa sunt ; rotulo quidem Wintoniæ, sive Domusdey, vel Libro Hidarum, excepto, quo quidem hidias totius Angliæ earundemque tenentes anno regni sui xiiij<sup>o</sup><sup>3</sup> per totius regni comitatus recensens satis compendiose conclusit. Ignorasse quidem hæc servitia militaria Regis ejusdem postmodum successores subsequentium argumento non immerito potuit dubitare. Quia cum Rex Henricus filius

<sup>1</sup> Rectius *Carleolensi*.

<sup>2</sup> Cf. *Dialogus de Scaccario*, I. 3.

<sup>3</sup> xxiiij<sup>o</sup> in MS., but the first x is

partially erased. In any case this

does not agree with the accepted

date, 1086.

Cambridge University Press

978-1-108-05324-2 - The Red Book of the Exchequer: Volume 1

Edited by Hubert Hall

Excerpt

[More information](#)

## LIBER RUBEUS DE SCACCARIO.

5

Imperatricis, Duci Saxonie filiam suam Matildem, A.D. 1230. nuptui traderet, a quolibet sui regni milite marcam unam in subsidium nuptiarum exegit, publico<sup>1</sup> præci piens edicto quod quilibet prelatus et baro quo milites de eo tenerent in capite publicis<sup>2</sup> suis instrumentis significarent; quæ quidem instrumenta per singulos comitatus distincta sub præfato Willelmo Elyensi in unum recollegi volumen. Nomina quidem cartas suas mittentium, numerum etiam feodorum, et pecuniam prætaxatam solutam, reperies inferius in rotulo regni Regis ejusdem xiiij sub illo titulo,<sup>3</sup> *De Auxilio ad maritandam primogenitam filius Regis*. Nomina quidem illorum qui cartas tunc tempore non miserunt reperies inferius in rotulo regni sui xvij<sup>o</sup>, sub titulo<sup>3</sup> illo *De hiis qui cartas non miserunt*. Ut igitur quatenus hujus rei potuit investigari veritas, singulis innotesceret; incipiens a tempore regis Henrici, filii imperatricis scutagia singula successorum suorum temporibus assisa, usque ad annum xv<sup>mam</sup> regis Henrici, filii regis Johannis,<sup>4</sup> huic meo libello inferius descripsi. Temporibus enim regis Henrici primi, licet ejusdem paucos inspeximus annales, nec inspexi vel audivi fuisse scutagia assisa. Diligens igitur investigator et hujus libelli mei lector, singulis inspectis inferius scutagiis advertat, qui, qualia et quot debeant servicia militaria; qui quidem serjantarias; defectusque unius annalis suppleat ex alio, attendens quod militantes in exercitu non solverunt scutagia tempore quo militabant. Immo milites remanentes, redimentes suam scutagii sui remanentiam. Potuitque contingere multociens, et contigit, quod qui hoc anno remanerent ab exercitu alio quidem anno militarent, et e converso. Solverentque hoc anno scutagia, qui non alio anno solverent, et e converso. Suppleat igitur defectum meum quicunque

<sup>1</sup> *Puplico* in MS.<sup>2</sup> *Pupplicias* in MS.<sup>3</sup> *Tytulo* in MS.<sup>4</sup> The latest in this MS. is for the

13 John.

Cambridge University Press

978-1-108-05324-2 - The Red Book of the Exchequer: Volume 1

Edited by Hubert Hall

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1230. voluerit et ignoscat<sup>1</sup> si pauciora debito Regi servitio perstrinxerim,<sup>2</sup> cum in hoc solo mea fuerit intentio ut ex rotulis veritatem elicerem et non relatu reproborum.

---

A.D. 1156. PRIMUM SCUTAGIUM REGIS HENRICI SECUNDI.

Fo. 47 d. Primum omnium scutagiorum prout rumor ex rotulis ad me devenit assisum fuisse regno Regis Henrici filii Imperatricis secundo, ut inferius in suo reperies annali. Fuitque scutagium pro exercitu Walliae<sup>3</sup> super prelatos tantum qui ad militaria servitia tenentur assisum, videlicet, pro quolibet feodo militis xx solidos.

A.D. 1158-9. QUO ROTULO SECUNDUM EJUS SCUTAGIUM ET PROPTER QUOD ASSISUM REPERIES.

Secundum ejus scutagium assisum pro eodem exercitu Walliae<sup>3</sup> reperies in rotulo anni quinti Regis ejusdem inferius. Fuitque assisum ad duas marcas pro quolibet feodo, non solum super prelatos, verum tam super ipsos quam super milites suos, secundum numerum feodorum, qui tenuerunt<sup>4</sup> de Rege in capite, necnon et super residuos milites singulorum comitatuum in communi. Intitulaturque illud scutagium *De Dono* ea quidem, ut credo, ratione quod non solum prelati qui tenentur ad servitia militaria sed etiam alii, Abbates, utpote, de Bello et de Salopesbiria et alii tunc temporis dederunt auxilium. Et nota quod dona prelatorum in summa pecuniae convenienti feodis quae tenent de Rege in capite,<sup>5</sup> ita quod ij marcae computentur pro feodo uno; dona tamen militum cuiuslibet prelati sufficiunt

<sup>1</sup> *ingnoscat* in MS.

<sup>2</sup> *perstrinxerim* in MS.

<sup>3</sup> See Preface.

<sup>4</sup> *Sic* in MS. A marginal gloss

temp. Edward I. reads *de feodis*

*q[uæ] tenentur in R[egno] in capite.*

<sup>5</sup> *Sufficient* is probably to be un-

derstood here.

Cambridge University Press

978-1-108-05324-2 - The Red Book of the Exchequer: Volume 1

Edited by Hubert Hall

Excerpt

[More information](#)

## LIBER RUBEUS DE SCACCARIO.

7

in ea summa quod pro quolibet feodo possent computari  
 ij marcæ ut, verbi gratia, Abbas Sancti Augustini Cantuariæ, qui tenet de Rege xv feoda militum, reddit ibi compotum cxlvj librarum et j marcæ de dono; milites ejusdem de xx libris de dono; quæ summa manifeste convenit de numero feodorum, computatis ad feodum ij marcis. Ceteris vero militibus comitatus reddentibus compotum in summa communi, quod totum reperies inferius in annali v<sup>to</sup>, credo quidem omnes prelatos in communi aliquid de eo tempore dedisse Regi, distributionesque inter se fecisse quod habere potestis ex inæquali summa quampluribus imposita.<sup>1</sup> Fuisse quidem scutagium ex hoc arguo, licet donum intitulatum, quod vicecomites<sup>2</sup> Wigorniæ et Warwikæ reddunt ibi compotum de scutagio militum Episcopi Wigornensis et comitis Warwikæ; propter quod inter alia scutagia istud donum pro scutagio apposui.

A.D.  
1158-9.QUO ROTULO TERTIUM EJUSDEM SCUTAGIUM ET PROPTER  
 QUOD ASSISUM REPERIES.A.D.  
1160-1.

Tertium ejusdem Regis scutagium reperies inferius assisum in ejusdem annali anni viij<sup>mi</sup>. Fuitque assisum ad ij marcas pro exercitu Tholosæ, scilicet, quando idem Rex Henricus obsedit Tholosam,<sup>1</sup> et fuit commune scutagium impositum tam prelatis quam cæteris baronibus, ut patet ex rotulo vij<sup>o</sup>.

QUO ROTULO QUARTUM EJUSDEM REGIS SCUTAGIUM  
 ET PROPTER QUOD ASSISUM REPERIES.A.D.  
1161-2.

Quartum ejusdem Regis scutagium fuit impositum pro eodem exercitu, non solum prelatis sed universis militibus, anno ejusdem viijo. Fuit autem assisum ad marcam unam pro quolibet feodo, ut patet ex rotulo viijo.

<sup>1</sup> See Preface.| <sup>2</sup> Written over an erasure in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-05324-2 - The Red Book of the Exchequer: Volume 1

Edited by Hubert Hall

Excerpt

[More information](#)

A.D. QUO ROTULO AUXILIUM AD MARITANDAM PRIMOGENITAM  
1166-8. FILIAM REGIS DUCI SAXONIÆ REPERIES.

Quinta quidem exactio, non nomine scutagii, sed nomine auxilii ad maritandam filiam Regis, fuit imposita prelatis et militibus universis anno regni Regis ejusdem xij<sup>o</sup>. Fuitque ad marcam unam a singulis feodis assisum auxilium. Solutum quidem et annotatum in anno xij<sup>o</sup>, ut patet ex rotulo xij<sup>o</sup>.<sup>1</sup> Apposui quidem istud auxilium in numero scutagiorum, quoniam cognita<sup>2</sup> summa marcarum cognoscitur<sup>3</sup> per consequens et numerus militum.

A.D. QUO ROTULO SEXTUM EJUSDEM SCUTAGIUM ET PROPTER  
1171-2. QUOD ASSISUM REPERIES.

Sextum quidem ejusdem scutagium fuit assisum anno regni sui xvij<sup>o</sup>. Solutum quidem et annotatum in rotulo xvij<sup>o</sup>. Fuitque tam prelatis quam cæteris baronibus impositum ad xx solidos pro quolibet feodo, prout patet inferius in rotulo xvij<sup>o</sup>, et pro exercitu Hiberniæ; quo quidem rotulo supplentur nomina illorum qui cartas non miserunt anno xij<sup>o</sup>, prout superius tactum est.<sup>1</sup>

A.D. QUO ROTULO SEPTIMUM EJUSDEM SCUTAGIUM ET  
1186-7. PROPTER QUOD ASSISUM REPERIES.

Septimum quidem ejusdem Regis scutagium fuit impositum tam prelatis quam cæteris baronibus anno regni Regis ejusdem xxxij<sup>o</sup>; solutum quidem et annotatum anno xxxij<sup>o</sup>. Fuitque assisum ad xx solidos pro quolibet feodo, et pro exercitu Galweyæ. Et nota quod quandocumque assidentur scutagia, licet eodem anno solvantur, annotantur tamen in annali anni sequentis.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> See Preface.

<sup>2</sup> Congnita in MS.

<sup>3</sup> Congnoscitur in MS.

Cambridge University Press

978-1-108-05324-2 - The Red Book of the Exchequer: Volume 1

Edited by Hubert Hall

Excerpt

[More information](#)

## LIBER RUBEUS DE SCACCARIO.

9

Hujus Regis temporibus non invenies plura scutagia assisa, licet in xj ejus anno forsitan inferius inveneris auxilium pro servientibus inveniendis in exercitu Walliae. Quod quidem auxilium in numero scutagiorum nolui apponere, quoniam probata summa auxilii propter hoc non probatur numerus militum vel serjantorum.<sup>1</sup>

A.D.  
1164-5.

Diem autem clausit Rex extremum post rotulum A.D. 1189. anni regni sui <sup>xxx<sup>mum</sup></sup> <sup>iiij<sup>tum</sup></sup> completum, propter quod intitulatur<sup>2</sup> in eodem, *Rotulus regni Regis Henrici xxx<sup>us</sup> iiij<sup>us</sup> et ejus ultimus*. Successit eidem Rex illustris Rex Ricardus, ejusdem filius, cuius scutagia suis temporibus assisa inferius reperies annotata.

## INTROITUS AD SCUTAGIA REGIS RICARDI.

A.D.  
1190-1.  
Fo. 48.

Primum invicti Regis Ricardi reperies scutagium inferius annotatum rotulo Regis ejusdem secundo, tam super prelatos quam reliquos barones assisum. Fuitque scutagium Walliae impositum ad x solidos pro quolibet feodo militis.

QUO ROTULO SECUNDUM EJUS SCUTAGIUM ET PROPTER  
QUOD ASSISUM REPERIES.A.D.  
1194-5.

Secundum ejusdem Regis scutagium reperies inferius annotatum in rotulo Regis ejusdem sexto,<sup>3</sup> communiter prelatis et baronibus impositum. Fuitque assisum ad xx solidos pro quolibet feodo militis, ad redemptionem ejusdem Regis illustris; qui cum reversus a Jerosolimis, subjugatis sibi regionibus et terris et civitatibus diversis, effugatis exinde Sarracenis, prout in *Gestis Regis Ricardi*.

ejusdem plenius continetur, clam per Alemaniam in regnum suum volens reverti, occupatis jam terris suis et

invasis a Rege Francorum Philippo in Normannia, captus

<sup>1</sup> See Preface.<sup>2</sup> intytulatur in MS.<sup>3</sup> *Scutagium ad redemptionem domini Regis.*—T. R.Gesta  
Regis  
Ricardi.

Cambridge University Press

978-1-108-05324-2 - The Red Book of the Exchequer: Volume 1

Edited by Hubert Hall

Excerpt

[More information](#)

10

LIBER RUBEUS DE SCACCARIO.

A.D. 1194-5. est a Limpolldo Duce Austriæ, detentusque apud Wene anno Domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>X<sup>o</sup>II<sup>o</sup>. Redemptus postmodum ab Anglis pro c<sup>m</sup> libris sterlingorum.

A.D. 1196-7. QUO ROTULO TERTIUM ET QUARTUM EJUSDEM SCUTAGIUM  
ET PROPTER QUOD ASSISA REPERIES.

Tertium ejusdem et quartum<sup>1</sup> scutagium reperies inferius annotata in rotulo Regis ejusdem viij<sup>o</sup>, assisa quidem anno vij<sup>o</sup> et viij<sup>o</sup>, pro exercitu Normanniaæ. Fuitque utrumque assisum ad xx solidos pro feodo militis. Inveniesque illa duo sub uno contextu comprehensa, quia nomina militum qui defuerunt in primo supplementum ex secundo. A.D. 1199. plentur ex secundo. Complevit autem idem Rex decimum ratiocinii sui rotulum, sique diem clausit extremum; sepultus apud Fontem Ebroldi, cuius animæ propitietur Deus.

#### INTROITUS AD SCUTAGIA ASSISA TEMPORE REGIS JOHANNIS.

A.D. 1199-1200. Regis Johannis, fratri illustris Regis Ricardi temporibus xj reperies assisa scutagia. Primum quidem ejusdem scutagium reperies assisum rotulo Regis ejusdem primo. Fuitque assisum ad ij marcas pro quolibet feodo militis, impositum tam prelatis quam cæteris baronibus et intitulatum<sup>2</sup> *De primo scutagio post Coronationem Regis.*<sup>3</sup>

A.D. 1201-2. QUO ROTULO SECUNDUM REGIS HUJUS SCUTAGIUM  
ET PROPTER QUOD ASSISUM REPERIES.

Secundum ejusdem Regis scutagium annotatum reperies in rotulo Regis ejusdem tertio. Fuitque assisum

<sup>1</sup> These are entitled the second and third scutages in the Rolls; the first being the scutage of Wales, and the scutage for the King's ransom bearing no number.

<sup>2</sup> *intytulatum* in MS.  
<sup>3</sup> *De primo scutagio post primam Coronationem Regis Johannis.—C. R.*